

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Ex v. 45.

*Optimus interpres scripturae Christus: ad istum  
Confuge Doctorem sic vagus error abit.*

## ORACULUM SACRUM XXVIII

Pf. CXIX. 125.

Textus Ebraeus cum interlineari  
Pagnini.

*me intelligere fac ego tuus servus Jehovah*

יהוה עבדך אני הכיניני

*tua testimonia sciam &  
וארעה ערותך*

*Versio Vulgata.*

Domine, servus tuus ego: da mihi  
intellectum, ut sciam testimonia tua.

*Versio B. LUTHERI.*

HERR ich bin dein Knecht/ un-  
terweise mich/ denn ich erkenne deine  
Zeugnüsse.

N O T A.

1. Quia mysteria fidei corrupti nostri intel-  
lectus sphaeram excedunt, ideo requiritur Nu-  
minis divini irradiatio, ad quam impetrandam  
R 3 preces

preces sunt necessariae. Datur enim Spiritus sanctus petentibus, Luc. XI. 3. Hinc Regius vates heic serid. orat: Domine da mihi intellectum ut sciam testimonia tua, i. e. ut verbum tuum attentè & sine dubitatione legere, salutariter audire, & cum fructu intelligere possim, quod etiam verbum *177* innuit. Alias libenter concedimus *externum scripturae sensum* sine speciali gratiosa illuminatione Spiritus sancti obtineri posse, quomodo etiam impii eundem habent. Quod notandū, *contra Socinianos & Comprimis, Osfordum, qui in Inst. cap. 1. p. 72. & seq. negat opus esse, singulari Spiritus sancti illuminatione, ut divina litera salubriter intelligantur.* Smalcus contr. Franz. p. 2. *falsum esse, ait, hominem divina capere non posse.* Et p. 417. *ad perit humanam voluntatem vim habere efficiendae justitiae Dei, si modo revelatio accedat, Spiritus sancti.* Proinde statuit hominem obtentā *eternā saltem revelatione, quae proponuntur ipsius divina in Evangelio, citra Sp. Sancti auxilium, eadem percipere posse.* Quem errorem contrivit malleus ille haereticorum Dn. D. Calovius Socinismi. Profligat. Sect. IV. artic. III. contr. 8. p. 266.

Socinianorum vitulā arant Remonstrantes, *decentes, scripturam sacram i. e. clarā esse.*

Sp. Sancti illustratione ac speciali gratia lumine ad  
 3. Hinc verum intelligentiam saluarem opus non sit.  
 id. Arnoldus contr. Tolen. p. 441. Episcopus  
 uia, i. e. Perspicuit. scriptur. thes. 3. ait: non posse non  
 ratione legiam irrogenitum quolibet scripturæ sensum per-  
 intelligere, atq; hinc ipsi est illuminatio irresistibilis.  
 Conf. Exam. Cens. c. 1. p. 35.

2. David renatus h. l. internam illuminationem,  
 precibus expetit. Eâ verò minimè opus  
 abuisset, si naturalibus viribus credere, aut  
 Socinianis quid ad sui conversionem conferre potuisset,  
 contra modo nominatos Socinianos. Et cum primis  
 malcium, qui contra Franziuum p. 425. ita disse-  
 nit: Planè statuimus, non tantum initium conver-  
 sionis; verum etiam ejusdem incrementum et per-  
 fectionem Deo tribuenda esse, sed ita tamen, ut  
 hominis voluntas ad ipsum conversionis effectum  
 produendum prorsus requiratur. Deus et Spi-  
 ritus eius, causa sunt efficiens principalis. At ho-  
 minis voluntas causa est administra, sine quâ Deus  
 nihil producit ordinariè.

3. Hieropsaltes h. l. non nisi Deo vendicat,  
 vòd intellectum donet & mentes intus illu-  
 minet. E. illuminatio mentium & sacræ scri-  
 pturæ intelligentiâ à sanctis defunctis non  
 est petenda, contra Pontificios, ita orantes: Cor-  
 neum illumina fulgens stella maris, et ab hostis

*machina semper tuearis o gloriosa virgo Maria!*  
 Vid. Rosar. Mariæ. *Illuminatrix cæcorum & lu-*  
*cerna salutiferæ gratiæ Mariæ. Te flagito dulcissima*  
*mater Dei.* Vid. Orat. quart. Anselmi. *O dua*  
*gemma caelestes Mariæ & Johannis!* *O duo lumi-*  
*naria divinitus ante DEum lucentia, vestris radiis*  
*effugate scelerum meorum nubila.* Vid. orat. S.  
 Edmundi Centauriens. *Domina illuminatio mea*  
*sis, splendor faciei tuæ, & serenitas gratiæ tuæ re-*  
*fulgeat menti meæ.* Vid. in Pf. Mariæ Pf. 26. *Mis-*  
*serere mei Domina, mater luminis & splendoris, il-*  
*lumina nos Domina veritatis & virtutis. De-*  
*thesauris in funde nobis sapientiam Dei, & intelle-*  
*ctum prudentiæ ac formam discipline.* Ibid. Pf. 109  
 Vid. Pf. 20. 46. 32. 63. 66. 69. 72. 85. *Sunçta Maria*  
*illuminatrix cordium, ora pro nobis.* Vid. Litan.  
*Veni lux Ecclesie, tristibus Latitæ. Nunc infunde*  
*radium Te Reginam colimus, tibi Laudes canimus,*  
*ex affectu cordium.* Vide Sequent. in Concil.  
 Constantiens. decantat. *Sancti Patriarchæ &*  
*Prophete, quibus ab initio mundi omnipotens De-*  
*us, majestatem suæ divinitatis revelare dignatus est,*  
*obsecrate pro peccatis meis, expellite penitus er-*  
*roris caliginem cordis mei, & oculos meos vera s-*  
*dei catholica lumine illustrate.* Vid. in Hort. A-  
 nim. de Angel. *Fac me assentire beneplacito cor-*  
*dis tui, & tuis actionibus conformari.* Radiò in-  
 telli-

intelligentia reverbera cor meum & igniculò cha-  
 cauritis inflamma. Vid. Psalt. Mar. Pf. 140.

4. Quemadmodum David h. l. pro illumi-  
 natione mentis & intelligentia scripturæ sacræ  
 serias preces ad DEUM fundit. Ita studiosi  
 Theologiæ & omnes eruditi ac pii, qui cum  
 usufructu in sacrarum scripturarum lectione ver-  
 sari volunt, singulis diebus ante sacræ scripturæ  
 lectionem serias preces ad DEUM fundere de-  
 bent.

Ut autem pietatis, studiosi certam pre-  
 candi formulam habeant, in gratiam eorum,  
 hoc loco placet duas, easq; devotissimas preca-  
 tiunculas adscribere & deinde aliorum ortho-  
 doxorum Patrum hac de re sententiam adji-  
 cere. Prior precatio est D. Augustini & extat  
 lib. II. Confess. cap. 21. ita sonans:

Domine Deus meus, intende orationi meæ, &  
 misericordia tua exaudiat desiderium meum: Sint  
 casta delicia meæ scripturæ tuæ, nec fallar in eis,  
 nec fallam ex eis. Domine attende & miserere  
 mei. Domine Deus meus lux cæcorum & virtus  
 infirmorum, statimq; lux videntium & virtus for-  
 titium, attende animam meam, & audi clamantem  
 de profundo. Nam nisi adsint & in profundo au-  
 res tuæ, quò ibimus? quò clamabimus? Tuus est  
 dies & tua est nox; ad nutum tuum momenta.

R 5

trans-

transvolant. *Largire inde spacium meditantibus nostris & abdita legis tue, neq; adversus pulsantes claudas eam; neq; enim frustra scribi voluisti tot paginarum opera secreta.* Vide Pater, *adspice, & vide, & approba, & placeat in conspectu misericordia tue invenire me gratiam epic te, ut aperiantur pulsanti mihi interiora sermonum tuorum.* Obsecro per Dominum nostrum IESUM Christum Filium tuum, per eum te obsecro, qui sedet ad dexteram tuam & interpellat pro nobis, in quo sunt omnes thesauri sapientie & scientia absconditi, ipsum quero in libris tuis, Moses de illo scripsit. Hoc ipse ait, hoc veritas ait. *Hactenus precatiuncula D. Augustini.*

Altera est D. Fulgentii, Episcopi Ruspensis præstantissimi, & extat lib. I. ad Monim. cap. 4. p. 17. col. C. ita sonans: *Ut veritati obedire atq; consentire valeam ipsa veritas illuminat, ipsa adiuvat, ipsa confirmat. Ab ipsa postulo doceri multa plura, quæ nescio, à quæ accepi pauca, quæ scio. Ipsam rogo, ut præcipientis & subsequente sua misericordia, quæcumq; salubriter nescio, doceat me: in his, quæ vera novi, custodiat me: in quibus, ut homo fallor, corrigat me: in quibus veritas estubo, confirmet me: & à falsis & noxiis eripiat me.* Ut in cogitationibus ac sermonibus meis, quod salubriter donat, inveniat, &

...a faciat de ore meo procedere, quæ sint coram ipso  
...principaliter grata, & sic fiant fidelibus. cunctis  
...cepta.

## SENTENTIE PATRUM

Nemo rectè sapit, rectè intelligit, nisi  
...ceperit Spiritum sapientiæ *August. Epist. CV.*

Omnia quæ scripta sunt in sacris literis,  
...d Christum referuntur, *Idem super Ps. 71.*

Non tantum studium nobis adhibendum  
...st ad discendas sacras literas, sed & suppli-  
...andum Domino, & diebus & noctibus obse-  
...randum, ut veniat agnus de tribu Juda, ut  
...ipse accipiens librum signatum dignetur ape-  
...rire. Ipse enim est, qui scripturas ad aperiens  
...ecendit corda discipulorum, ita ut dicant :  
...Nonne cor nostrum erat ardens. Ipse etiam  
...unc nobis aperire dignetur, *Origenes hom. 12.*  
...*Exod. T. 1. p. 100.*

Omnia de Christo per Christum cuncta  
...oquuntur, *Ita eleganter canit Tertullianus lib. 3.*  
...*adv. Marcionem.*

Totius scripturæ clavis est Christus,  
...*Idem.*

Neq; ex nobis est quod intelligimus, sed ex  
...eo, qui quæ ignoscibilia erant fecit intelligere.  
...taq; ab eo speranda intelligentia est, qui &  
...sulantibus aperiat & quærentibus demon-  
...strabit

strabit, & petentibus non negabit. *Hilarius in  
Ps. 125. T. 2. p. 283. A.*

## RHYTHMI GERMANICI.

Wenn du in Irthum steckst dem Leh-  
rer höre zu/  
Der uns von Gott gesand / der uns  
bringt Trost und Ruh/  
Der Wort des Lebens hat. Wenn dieser  
Lehrer lehret/  
So fällt der Irthum hin / der zweiffel bald  
auffhöret.

IN DIE Bb. APOSTOLORUM PHILIPPI  
& JACOBI.

Ex Joh. XIV. 6.

*Jesu! Quum morior Vita es: quum devius erro  
Es Via: quum dubito, nil nisi Ver a doces.*

## ORACULUM SACRUM. XXIX

1. Joh. V, 20.

## TEXTUS GRÆCUS SACER.

Οἶδαμεν ὅτι ἡσὺς τὸ θεὸν ἦκει καὶ ἐδίδακε  
ἡμῶν διάνοιαν, ἵνα γνωσκώμεν τὸν ἀληθινὸν θεὸν  
καὶ ἔσμεν ἐν τῷ ἀληθινῷ ἐν τῷ ἡμῶν αὐτῶν ἰσχύει